



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuitur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

168 Contra gratias expectatiuas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

quæstiones, quas, ne nimium simus in hunc locum prolixi, discutiendas nobis referuamus in d. capit. vnic. de rer. permutat. Bonifacianum. quod & aggrediamur.

CAP. LICET. vnic. de rer. permut. in 6.

Bonifacius octauus Biterensi Episcopo.

Licet in tua diocesi aliqui auctoritate apostolica beneficia proximè vacatura expectent, illos tamen qui secundum formam iuris sua beneficia in eadem diocesi ad tuam collationem spectantia permutare volentes, liberè ac sine fraude in manibus tuis ipsa resignant; Nolumus occasione premissa (æquitatem præferentes in hac parte rigori) circa faciendam permutationem beneficiorum huiusmodi (quæ alias minimè resignassent) vllatenus impediri.

Perneccessaria fuit hæc Bonifaciana constitutio permutationibus beneficialibus aduersus expectatiuas quæ dicuntur gratias munientis. Nam cum permutatio beneficiorum fieri nequeat absque resignatione mutua (c. cum olim & c. cum vniuersorum. de rer. permut.) sequitur vt beneficia sic resignata verè vacent; cui consequens fuit vt ab expectantibus istis quibus beneficia primùm vacatura debebatur facile præoccuparentur, neque compermutantibus ab ordinario hinc inde conferri possent. Quod quia durum fuit permutantibus ita suis beneficiis excidere præter omnem & spem & expectationem & quidem citra delictum profus vllum quando consensus Episcopi talibus permutationibus accesserat, æquissimo iure

g ij consti-

168

Contra gratias expectatiuas.

169

Verè vacare beneficium ex causa permutationis resignatum.